6
29-d
115

6
11 M C
43
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

22-e-62
6. 22. d. 115

22.3.73

Google

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

HIERONYMI GENVINI
METAMORPHOSES
NOMINVM
Siue
METATHESES LITTERARVM
Siue
ANAGRAMMATA

In quinque Libros Diuiſa
In I. II. & III. adſunt quae Latino ſunt Sermone conſcripta.
In IV. & V. quae Italico.
I. De Caelitibus, Regionibus, Religionibus, Locis Sacris, Academijs, & Maledicis.
II. De Summis Pontif. caeteriſque viris Dei cultui Sacris, & de nonnullis Viris, & Foeminis illuſtribus.
III. De varijs Sapientibus, & Miſcellaneis.
IV. De Summis Pont. aliiſque Viris Dei cultui deditis, Religionibus, Theologis, Hereticis, & Concionatoribus.
V. De nonnullis Viris, & Foeminis illuſtribus, de Iuris Conſultis, Medicis, Poetis, Academicis, & Miſcellaneis.

Digitized by Google

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſſ. P. Mag. Sacri P. Apoſt.

I. B. Epiſc. Cam. Viceſg.

Imprimatur

Fr. Thomas Aquauiua Mag. & Socius Reuerendiſſ. S. Pal. Apoſt. Magiſtri.

TOR-

Digitized by Google

TORQVATO PEROTTO
Aureo virtutum Torque Perornato;
Oris Maieſtate,
Animi candore Spectatiſſimo;
Qui Patriam Sentinum,
nunc Saxo ſerratum
non minus illuſtrat,
quàm Qui Lucerna Iuris
fuit agnomine Nuncupatus.
Cuius Gentiles peruetuſta nobilitate,
et armis Decorati,
et literis Armati claruere.
Inter Quos Nicolaus,
et Petrus Antonius Perotti:
Nicolaus quidem
optimè de Rep. literaria Meritus,
Immortalibus editis monumentis
Bononiae à Friderico Imp. III.
Pòetica laurea Donatus,
Ei poſtea à Conſilijs,
Eiuſdemque in Vrbe Orator fuit:
Emi-

Eminentiſsimo Beſsarioni,
Summiſq; Pont. Nicolao V. Calliſto III.
Pio II. et Sixto IV. eximiè Charus.
Grauiſsimis pro Sede Apoſtolica
obitis legationibus
Vmbriae, Tuſciaeq; praeſedit,
et Ecclesiae praefuit Sipontinae.
Petrus Antonius verò Bellonae,
ac Mineruae Alumnus
et Musis Amicus
Iuris prudentiae ſtudijs
Lutetiae Parisiorum egregiè excultus,
Maxima exinde orbis parte
honorificè peragrata
Vnà cum Farnesio Alexandro
Sacro nauali bello ad Echinadas interfuit;
Ab Ioanne Auſtriaco Caroli V. filio
ob res in Belgio fortiter,
ac praeclarè geſtas
grandibus verbis, gloriaq; pleniſsimis
Italiae Paladinus
Militari cognomento meruit appellari.
VIRO

VIRO longè Integerrimo,
Quem Vrbanus VIII.
Principum, atque Ingeniorum omnium,
Princeps
Intimum primò Cubiculariũ ſuum fecit,
deinde Amerinae Eccleſiae praefecit:
Praeſuli Meritiſsimo,
Suauiſsimo.
Quorumuis elogiorum,
ac praeconiorum Metae,
Sed quolibet Elogio,
ac praeconio Maiori
HIERONYMVS GENVINVS
I. C. Neapolitanus
Opus hoc ſuum Anagrammaton,
ſeque ipſum.
D. D. D.

Ex

Digitized by Google

Ex ſequentis Nominis
decies, & ſepties
inuerſis literis,
Septemdecim pura,
& integra
Deducuntur Anagrammata,
quæ pro huiuſce
operis dedicatione
deſeruiunt.

TOR-

TORQVATVS

PEROTTVS

SENTINAS

SANCTAE

AMERINAE

ECCLESIAE

EPISCOPVS.

Anagrammata,

Itemque Acroſtichis,

TORQVATVS PEROTTVS.

Tu

Digitized by Google

Tu Paſtor, Tu Parens, ſcientia, pietate
emines: atque ac Sol es Coruſcans.
Oues pias promptè alis, atque non sine
accurata arte, sicut eſt neceſſe.
Recta, pacata, altaque mente, puro
pectore niteſcis; ſuauis es, es Inſons.
Qui Parnaſſo celſus, et canorus praeit:
Ipſe, et Muſae ſociae Te cantent.
Vates concinnos, caeteroſque Sapientes
amplecti verè ſatis Paratus.
Aequitate Mitis es, ac ſat Innocens, Natus
es curare, et paſcere populos.
Tua Patria pro Te emicans eſt, ac nota;
quia sic elucens penes ſe ortus es.
Vocaris Cicero; nempe tu, Antiſtes, aptus
es, ac praeſtans es eloquentia.
Sanè ita nites, vt peraequum eſset, Te
lanas oſtro conſpicuas accipere.

Pacis

Pacis Cuſtos, ac ſanè Pius, atque aſperitate
Carens mel Tuo in ore tenes.
Enites. Eſse, ac nuncupari a cunctis potes
tota quies, ſpes altera Romae.
Res iſtas Tuas quaeſo à Te, vt Clemens
capias ò Vnice, et Ornate Princeps.
O praeſentis, priſcaeque aetatis nitor:
placens, cautus es, vt Mecoenas.
Te culto canere cantu quis ſanè ſatis eſset?
optimè praeconia ſuperas.
Ter ſapiens es, ac notus. Quis Aulicus Te
poteſt aſpicere, ac Te non amare?
Viuas, maneas, niteas. Quot poſcis,
et appetis ſecula cernere, tot cernas.
Si noſtra Tu laetè ceperis, et ſereno aſpectu
ſuſpicies: ò quanta canam!

Quiſ-

Quiſquis es,

Qui Hieronymi Genuini
eloquentiam ſcire peroptas,
hunc perlege librum leporis, ac gratiae plenum:
Cuius si nobile genus,
et praeclarae Auorum res geſtae tibi notae non ſunt;
Melitenſes, et Neapolitanas adi hiſtorias.
Si vero Genuini Patriam,
atq; ſtudia cognita non habes,
hanc perbreuem percurre Epigraphen.
Hic Neapoli, Campaniae Vrbe clariſsima,
Proſperi Genuini, et Leonorae de Tagliaferris
lectiſsimorum coniugum filius,
illuſtrem Parentum virtutem
pulcherrima imitatione reddidit illuſtriorem.
Teneros annos nõ blãdis Syrenũ illecebris ſacrauit,
ſed inter dulces Muſarum labores feliciter traduxit.
Adhuc puer ſe Apollinis cultui dedidit,
celeriq; gradu Parnaſsi collem aſcendit,
vt mellitos Hippocrenes latices ad ipsũ ebiberet fõtẽ.
Breui eruditae laudis Aemulus,
primos Aemulatus eſt Pòetas,
vnaq; cum Pòetae nomine Pòetarũ laurũ obtinuit,
et ad Cleanthis lucernam euigilans
Singularem gloriam adeptus eſt.
E florido eloquentiae campo
ad frugifera Iuſtiniani arua gradum
Tantus Vir faciens,
Iuris prudentiam docuit,
quando alij eam addiſcere incipiunt.

In

In Neapolitano Coelo Syderis, vel potius Solis inſtar
docta OCIOSORVM *Academia ſplendet;*
In quam adſcriptus noſter Genuinus non ocioſam
duxit vitam:
si tamen ocioſos nominare literarum labores
fas eſt: ocioſè quoque inter ſapientiſsimos
boſce viros vixiſse fatendum eſt.
Parthenopaei tandem maris gemma haec;
Campaniae felicis germen illuſtre;
Flos iſte pulcherrimus viridarij illius
tam ſtudioſè à natura culti;
Scientiarum hic Alumnus erudita ſpe confiſus,
Romam, eruditorum ſedem, adiuit,
vt in ſcientiarum Capitolio,
ſapiens ignauiae euerſor triumpharet.
Tantum nunc Latii,
et Hetruriae ornamentum Roma tenet,
Cuius ſapientiae tot ſunt oculati teſtes,
quot ipſius egregia monumenta typis edita aſpexere.
Hic miro artificio, miraque facilitate,
et felicitate Sapientum nomina ſecat, ac frangit,
vt aurea componat, atque efformet,
contundit, vt pulchriora ſurgant.
Pereunt in Genuini manibus nomina illa,
vt eiuſdem manibus felicius reſurgant,
atque immortale viuant,
cadunt, ne cadant.
Vtinam tanti Viri vita vitae meritum aequet,
vt eruditorum multi Hieronymi Genuini
ſtudio Immortalitatem aſsequantur.
Auguſtinus Oldoinus Genuenſis è Societate Ieſu.

AV-

AVCTOR LECTORI.

PARCERE

Anagramma

CARPERE

Anagramma

CREPARE

Literae eaedem formant PARCERE, literae eaedem.
CARPERE componunt, atque CREPARE ſimul.
PARCERE qui nulli vis, qui omnes CARPERE malis.
Grammate es inuerſo, Mome, CREPARE merens.
Aſt mihi ſicut non prodeſt laudator amicus,
Sic nunquam, inſeſtus Zoilus vllus obeſt.
Curo parum, ſeu vis mihi PARCERE, candide lector,
Liuide, ſeu vis me CARPERE, curo parum.
Sponte tua poteris mihi PARCERE, Amice, Inimice.
CARPERE ſponte tua, ſponte CREPARE tua

IN-

Quicunque.

Dente, vel Gelaſino vel Genuino, Hieronymum Genuinum rodit; atque in Genuino Genuinum frangit; dignus eſt cui omnes & Gelaſini, & Genuini dentes frangantur.

AVCTORIS

IN SVVM

METAMORPHOSEON OPVS.

PROOEMIVVM

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IN noua fert Animus mutatas dicere formas
Senſa, Artis mirum quas variauit opus.
In varias tranſlata Hominum, Diuûmq. figuras
Corpora, Pelignus carmine cantat Olor:
Horrida mentiti haud Pauci mille ora ferarum
Sunt ſine laude Hominum, nec ſine labe Deûm;
Hic nomen ſine laude ſuum, & cum labe reuoluũt
Non niſi queis vitium nomina praua dedit:
In varios reſoluta abeunt Haec Nomina ſenſus
Non ſine honore Dei, non ſine laude Virûm.

HIERONYMI GENVINI METAMORPHOSES NOMINVM,

Siue

ANAGRAMMATON

LIBER PRIMVS.

CAE.

Digitized by Google

C AE L I T E S.

Pater Aeternus, Verbum, et Spiritus Sanctus.

Anagramma I.

Semper Beatus, ac vt Vnus eſt pariter Trinus.

Formidoloſo Muta ſilentio
Ne ſemper eſto, Muſa, tuam Chelin
Iam tange tandem, Illumque ſume,
Calliope, celebrare primò,
Qui Primus eſt, qui eſt principium omnium,
Et finis, omni principio Carens,
Et ſine, qui non prorſus vllo
Semine egens Sator omne ſeuit;
Qui tempore omni ante omnia tempora
Semper Beatus *perſtitit; atque erit*
Semper perennans, ac vt Vnus
Eſt pariter *Deus*, *atque* Trinus.

Digitized by Google

Eucharistia.

II. Additur S-

Charitas Ieſu.

Onditur ſub orbe paruae
Frugis orbis Conditor.
Se Deus dapem ſupernus
Promit Vber, Prouidus;
Paſtor & ſua ſaginat
Carne Prodigus gregem.
Paruus, indigus, Teramplum,
Diuitem libat Deum.
Eſt amabile, eſt verendum,
Eſt ſatis mirabile,
Largitate quod peregit
Summa Ieſu Charitas.

San-

Digitized by Google

Sanctiſsimum Euchariſtiae Sacramentum.

III. Additur S.

Menſa micat Summa, eſt Chriſti carne Suauis.

MEnſa micat Summa, eſt Chriſti *ſat* carne Suauis;
Qua prorſus pellit corque, animuſq. famem.
Fit Deus hic cibus. An maiorem quis petat eſcam?
Maiorem nec habet, nec dabit ipſe Deus.

Maria Virgo.

IV.

Mira Virago.

M*Aria Virgo Integra Mater, & Ferax*
Parens Parentis, Filijque Filia;
Virago Mira *ſine viro Genitrix Viri.*

Conceptio Sanctae Virginis Mariae.

V.

Vna,et Mira;ac ſine peccato originis.

VNa, et Mira *nitens*, ac ſine originis
Peccato. *Decuit, valde operae fuit,*
Peſte haud tabifica corripi originem
Illius , nitidam cuius originem
Ductur us fuerat Virgineo ſinu
Rerum Qui omnium origo, & ſoboles Dei.

Sanctiſſima Maria Dei Parens, ac Virgo.

VI. Itemq. Iambic. Trimetr.

Sacra, emicans Regina,Paradiſi oſtium.
Dirum,impium,procax,ſceleſtum hominum genus,
Ad Regiam Caeli Hac iter, Sola recipit
Haec vos, polique ad regna ducit. Omnium
Euaditis mala hoſtium, hoc ſi oſtium aditis.

Diuus

Diuus Angelus Noster Custos.

VII.

Tu ducis Nos Gnauus, et Solers.

TV Gnauus, Nos, et Solers, *ò Angele,* ducis
Et multi oberrant. Quid foret,
Si haud regeres Vigilans?

Ad Sanctum Ioannem Baptiſtam, cum Puer ad antra accederet.

Sanctus Ioannes Baptista Praecurſor.

VIII. Demitur O.

Naſceris Probus, ac Natus antra petis!

Digitized by Google

Ad Eundem de eadem re.

Diuus Ioannes Baptiſta Praecurſor.

IX. Itemq. Iamb. Trim.

Cur Bone Satis Puer, adis antra Puſio
Linquens ſinus Parentis, & Patrios Lares?
Caue, caue, minans in herba anguis latet;
Caue, Vrſus, & Tigris fremit, & auidus Lupus;
Te perdere & pugnat Aper, & pugnat Leo.
Natale tectum linquo, tendoque ad ſpecum,
Ne vel leui nota notem mea pectora
Pudica. Nil mihi timendum eſt, vt meam
Integritatem tuear, audendum eſt nimis,
Si pro pudore alterius acriora Me
Manent, amores ſi Ipſe non bene nubiles
Culpans, nefaſtos ſi arguens toros, cadam.

De S.Ioſepho, qui Pueri Ieſu Cuſtos fuit.

Sanctus Ioſeph
X. Mutatur H in S.
Sap iens Cuſtos.

De

Pro D. Petro Apoſtolorum Principe.

Simon Petrus.

XI. Mutatur O in I.

Primus nites.

Ad Eundem Romanae Vrbis Patronum.

Beatus Simon Petrus.

XII.

O ſpes, tutamen Vrbis.

Chriſti praeis Tu, Petre, ſodalibus
Cunctis caput; ſic mirifice Tu ades,
O Petre, Spes, tutamen Vrbis,
Quae Caput eminet inter Vrbes.

De

Digitized by Google

De Sancto Matthia in Iudae locum ſubrogato.

Diuus Matthias Apostolus.

XIII. Mutatur H in A.

Iudas à Polo ſatis Mutatus.

H*Ic eſt* ſatis Mutatus à Polo Iudas.
Perfectus, & refectus eſſet vt Iudae
Locus, bene Hic ſuffectus in locum Iudae.

In Sanctum Marcum Venetorum Patronum.

Diuus Marcus Euangeliſta.

XIV.

Sum Vigil ad Venetas curas.

SVm Venetas Vigil ad curas. *Fortis Leo curo,*
Omnes vt curae ſint procul à Venetis.

DE

De S. Aſprene Primo Neapolitanorum Antiſtite.

Aſpren.

XV.

Parens.

Spren Parens *Neapoli à Petro datur*
Primo Parente Primus ; ergo Hic Vnicus,
Hic eſt Neapolis perexim iè Parens.

Ad Sanctum Hieronymum ſupremum Iudicem timentem.

Beatus Pater Hieronymus Eccleſiae Doctor.

XVI. Mutatur Y in I.

O ſat Recte, et ò ſine culpa, Iudicem horrebas!

Ad S. Genuinum Sabionenſium Epm̄, qui cum temporibus Longobardorū in exilium pulſus eſſet, ibi mortuus eſt, ex Baronio in Martyrol. Nonis Februar.

Diuus Genuinus Epiſcopus Sabionenſis, et Martyr
XVII. Mutatur Y in I.
Vnicè inſons, ob Deum paſsus peruagus interijsti.

De Eodem.

Sanctus Genuinus Epiſcopus, et Martyr.
XVIII. Mutatur Y in I.
Rectus, Micans, Ingenuus, et Pius Paſtor.

De S. Ianuario Primo, ac Praecipuo Neapolitanorum Patrono.

Sanctus Ianuarius Epiſcopus, et Martyr.
XIX. Mutatur Y in I, & A in I.
Primus Cuſtos, Pater, vnica vita Sirenis.

Beatus

Digitized by Google

Beatus Ianuarius Martyr Beneuenti Epiſcopus.

XX. Mutatur Y in I, & additur H.

Vnus beaſti, tueris, ac mirè iuuabis Parthenopen.

VNus *ope* Parthenopen *tuam* beaſti *olim*,
Mirè tueris *nunc*, iuuabis ac *deinceps*.
Vae, vae, niſi Illi, Ianuari, opem ſemper
Ferres, dediſſes, praebueris & aeternum.

Ad Eundem, cum Veſuuius Mons ardere, & terraemotus Neapolis excidium minitaretur.

Diuus Ianuarius Beneuenti Epiſcopus, et Martyr.

XXI. Mutatur Y in I, & S in R.

Tu Mirus Veſuuij incendia, turbines rape, ò Pater.

In

In Sanctum Nicolaum Barij Patronum.

Beatus Pater Nicolaus Antistes.

XXII. Itemq. Iamb. Trimetr.

Sanè patens Tutela, Custos Barij
Sic es, Sacerdos, laude, factis Maxime,
Vt eſt patens, potensque Nectar, Roſcida
Quo Membra virtus imbuit largè Tua;
Perennis vnde prorſus omnis auxilI
Fons, atque opis Telluri Iapygis fluit.

AD

Ad Sanctum Agnellum Neapolitanorum Patronum Barbaros ſaepius ab illis expellentem.

Diuus Pater Agnellus Confeſſor, ac Abbas.

XXIII.

Sanctus Neapoli fuga Barbaros ſecludes.

LOngè ſecludes, *Agnellus* ſanctus, *inermus*
Fuga *furentes* Barbaros Neapoli.
Quid monſtri hoc? nulla prorſus formidine cuſtos
Gregis ſit Agnus, territat et auidos Lupos!
Scilicet Agnellus dum Homines terretque, fugatque,
Pellit procul lupos; nam Homo eſt Homini Lupus.

Diuus Alexius.

XXIV.

Exul diu à Suis.

Ad

Ad Sanctum Blaſium Pariſthmijs Laborantium Patronum.

Diuus Blaſius Epiſcopus, et Martyr.

XXV. Mutatur Y in I.

Plauſu Mirus, cibi, potus Sedas iter.

ANginam expellis, tonſillas, atque ſynanchen
Gutture Tu plauſu mirus, *& omne malum,*
Aſperum iter *Tu lenè* cibi, potus*que medendo*
Sedas, *Mortales vt ſua membra regant;*
Anguſtamque viam vocis Tu, Diue, relaxas,
Laudibus vt nũquam ſit via clauſa Dei.
Vtilis es, Blaſi, membris, mentique ſaluber;
Corpora ſic reficis, ſic refoues animos.

Sanctus Dominicus.

XXVI.

Ganis M[illegible]di Cuſtos.

Diuus

Diuus Pater Franciſcus ex Assisio.

XXVII. Mutatur D in T.

Sanè ſatis Iuſtus par es Crucifixo.

Ad S. Petrum Coeleſtinum Pontificiam dignitatem Reſpuentem.

Diuus Petrus Coeleſtinus.

XXVIII. Mutatur V. in S.

Vt Sol nites, reſpuis decus.

VT Sol, *Petre*, nites; *ſiquidem* decus *Vrbis*, & *Orbis*
Reſpuis, vt poſſes maius habere decus:
Scilicet exiguos terrae contemnis honores,
Munera ne perdas magna, minora fugis;
Namque Dei ſeruum, longè eſt praeſtantius eſſe,
Seruum ſeruorum quàm iuuat eſſe Dei.

Ad S.Iuſtinum Teatinum Ciuem, Patriae Antiſtitem, atque Patronum.

Beatus Iuſtinus Confeſsor, ac Antiſtes.

XXIX.

Es Vnicus Custos, ſat fers Bona Teatinis.

Sanctus Thomas de Aquino Ordinis Praedicatorum.

XXX. Mutatur H in V.

O Diuus ſanè Doctor, Qui Mira docens, Manu patrasti.

O Sanè *praeſtans*, et Diuus Doctor *Aquinas*;
Maximus ò ſapiens.
Ore docens Qui Mira, Manu *quoq*. *Mira* patrasti,
Ore, *manuque potens*.
Nomine ter Magnus, *Diuinus ritè vocandus*
Qui docet, *atque facit*.

De

De S. Caſimiro Polonorum Regis Filio.

Sanctus Caſimirus Iagellonus.

XXXI.

Angelicus, Vnicus Sol Sarmatis.

Sanctus Caſimirus.

XXXII. Additur L.

Clarus, Castus nimis.

S*Tirpe* nimis *Tu* Clarus *eras, et corpore* Castus;
Ergo nimis Mirus, non QVASI MIRVS eras.

Beatus Pater Nicolaus Tolentinas.

XXXIII.

O Lucens vt alter Ioannes Baptista.

Ad D. Antoniũ de Patauio cognominatũ.

Diuus Pater Antonius.

XXXIV. Mutatur D in T.

Tu nitor es Patauinus.

Ad S. Carolum Mediolanenſem Ciuem, Antiſtitem, atque Patronum.

Diuus Carolus Boromæus Cardinalis.

XXXV. Mutatur C in L.

Vir Clarus ſolus das iubar Mediolano.

Beatus Ignatius Loiola.

XXXVI. Mutatur O in E

Ego ſanè vitâ Illibatus.

Diuus Pater Franciſcus Sauerius de Societate Ieſu

XXXVII. Additur N.

Sanctus verè ſuaſit, ac erudijt Fide Iapones ſecurus

San-

Sanctus Philippus Nerius Florentinus.

XXXVIII.

Fuit planè Inſons, Purus, Plenus Chriſti.

Chriſtus Crucifixus Magdalenam alloquitur.

Maria Magdalena.

XXXIX.

Grándia Mala Mea.

Chriſto Crucifixo reſpondet Magdalena.

Maria Magdalena.

XL.

A Mè Mala Grandia.

San-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Sancta Lucia Virgo.

XLI.

Vnica Grata Oculis.

VNica Grata oculis; *forma nam Pulchra Virorum*;
Dum foret in terris: vnica Grata oculis.
Vnica Grata Oculis; *namq. Intacta, Altitonantis*,
Deſuper in Coelis: Vnica Grata Oculis.
Vnica Grata Oculis *profugae dans munera lucis*
Lucia in orbe Orbis: Vnica Grata Oculis.
Vnica Grata Oculis, *& Lucida Lucia ſemper*,
Seu fuit Illa ſolo, ſeu manet Illa polo.

Sancta Catharina de Senis Virgo.

XLII. Itemq. Iamb. dimetr: Hyperc.

Christo Iugata, ac ſane Inardens.

Sancta Tereſia.

XLIII.

Iſta ſanè Recta.

REGIO-

REGIONES.

Ciuitas Hieruſalem.

XLIV.

Humilis reatu iaces.

O*Lim excelſa*, iaces Humilis *nunc iurè* reatu;
Tu mors namque Illi, Qui tibi vita fuit.
Funere Crudeli potuit quae occidere Chriſtum
Immeritò, meritò debuit occidere.

Ciuitas Romana.

XLV.

O Vnica, ſat Mira.

R*Oma caput Mundi, coeliq. Vicaria, in Orbe*
Semper Magna, es, eras, Vnica *ſemper eris.*
Terras, ò ſat Mira, *omni ditione tenebas*,
Nunc claues terrae Mira, polique tenes.

Digitized by Google

Ciuitas Neapolitana.

XLVI.

O ſanè Caput in Italia.

Ciuitas Neapolitana.

XLVII.

Vnica, Læta, Pia enites.

Reſpublica Venetiarum.

XLVIII.

Tu iubare Prima Elucens.

TV iubare elucens es Prima, & *Prima manebis*
Diues opum, Sapiens, Clara, Decora, Potens.

Ciuitas

Ciuitas Mediolanenſis.

XLIX.

Tu ſanè nimis Delicioſa.

De Florentia ex Thoma Eduardo Anglo, qui in deſcriptione Italicarum Vrbium, ſic ait:

Splendida ſolertes nutrit Florentia Ciues.

Florentia Ciuitas.

L.

Fit Vnica Solertia.

Digitized by Google

Inſula Melitenſis.

LI.

Sinu alens Milites.

B*Ellorum, ac Bellatorum Altrix, Neſcia vinci*
Armis, potentes Milites Alens Sinu.
Semideùm Melita Alma Parens Procerumque, Equitumque,
Mauortis intrepidi Vnica eſt Haec Regia.
Eſt pugnax Melite pro Relligione tuenda,
Quae Martijs in Moenibus caput tenet.
Strenua Marte, praeit Marti Cariſſima. *Quidni?*
Pro Martiae terrae Fide vſque militat.

Ciuitas

Digitized by Google

Ciuitas Mantuae.

LII.

Nimis Aucta Vate.

M*Antua* Vate nimis *praeclaris verſibus* Aucta,
Magna micas Magni Patria Virgilij;
Mantua ſemper eris, dũ ſtabunt Carmina: Mãtua
Me genuit: cecini Paſ*cua, Rura, Duces.*

De Surento Patria Torquati Taſſi.

Ciuitas Surentina.

LIII. Mutatur I in E.

Virent Cunae Taſsi.

Ciuitas

Ciuitas Salmanticenſis.

LIV.

Tu Micans ſcientias alis.

MIcans Tu alis ſcientias,
SalmanticaVrbs ;cedat Tibi
Memphis,Mycenae, atque Babylon,
Pyramidibus, miraculis:
Tu es literis praeſtantior.

Faſtigium Veſeuianum.

LV. Itemq.Glyconiũ.Additur H.

Fumaui heu ſatis igneum;
Famam fumus at hic Mihi
Splendentem igne magis tulit.

De Spoleto ex Thoma Eduardo, qui de hac Ciuitate, haec ait:

Spoletum clamat: Peregrini intrate, manete.

Ciuitas Spoletina.

LVI. Additur H.

Vnica alit Hoſpites.

Fideliſſima Ciuitas Cauenſis.

LVII. Itemq. Hendecaſyllabum.

Facta es delicijs nimis ſuauis,

Ciuitas

Ciuitas Maſsae Lubrenſis.

LVIII.

Sanè ſitu Salubris emicas.

SAnè ſitu Salubris emicas, locus
Lubentiae es. Lubenter in tuo ſinu
Quòd viuitur, Lubrenſis ideò diceris.

De Fratta Maiori, Pago prope Neapolim Fragorum feraciſſimo.

Pagus Frattae Maioris.

LIX.

Seris Tua Fraga optima.

SACRAE

Digitized by Google

SACRAE FAMILIAE.

Familia Eremitarum Sancti Auguſtini.

LX.

Vnica, Summa nitet, vera Magiſtri Filia.

Venerabilis Ordo Patrum Camaldulenſium.

LXI.

Mundus labe, Incola Eremi, Romualdi Partus.

I*Mpura prorſus* Mundus labe, Incola Eremi;
Eſt Vigil, atque Pius; (eſt,
Tantùm Hic Ordo Sacer Magni Partus Romualdi
Dicere ſed ſat erat.

Ve-

Venerabilis Ordo Patrum Capuccinorum.

LXII. Itemq. Iamb. Trimetr.

Nitor Minorum, ac Pauper orbe, ac Lucidus,
Nitor Minorum , Norma morum; Lucidus ,
Quòd Lucidum contemnit aurum Hic Vnicus,
In Orbe Pauper, nihil habens omnia tenet.

Venerabilis Familia de Monte Carmelitano.

LXIII.

ClaretNomine nobilis Famula Dei, et Mariae.

V*Sque , ac vbique haec Relligio inclyta*
Tellure claret Nomine nobilis.
Amore flagrans , more fragrans
Cara Deo , atque Viris Amata .
Quidni ? Heliae ardoris ſatis ignei
Parentis Haeres , & geminatum habet
Haec Spiritum Magni Heliſaei ,
Eſt Famula *Iſta* Dei, et Mariae.

Vene-

Venerabilis Religio Carmelitana Diſcalceata.

LXIV.

Vigilans, Norma Cleri, ab Elia, ac Tereſia Dilecta.

DIlecta ab Elia, ac Tereſia *eſt nimis*;
Nunquam ſuis degenerat à Parentibus;
Eſt Recta Cleri Norma, *& eſt vſque* Vigilans.

Venerabilis Cartuſianorum Familia.

LXV.

Mira luces, Brunonis Filia, iurè Amata.

FIlia Brunonis iurè Amata. *Nec miror*,
Similis Parenti es; Mira *more nam* luces.

Sancta Religio Diui Francisci de Paula.

LXVI. Itemq. Scazon.

Culta, Pia es, ac Fulgidior inediâ carnis.
In viſcere abdi viſcera facinus credis;
Nefas & eſſe corporis cibum corpus,
Animantia & viuere animantium letho.

Sacer Ordo Minorum Obſeruantium.

LXVII.

Auro, dono, nummis Mirus orbe caret.

QVisnam vnquam optarit pauperrimus eſſe bonorum?
Quiſnam reſpuerit munera, diuitias?
Franciſci Natus non degener Ordo Minorum,
Nummis, dono, auro Mirus *in* orbe caret,

Venera-

Venerabilis Congregatio
Patrum Oratorij.

LXVIII. Itemq. Iamb. Dimetr.

O Egregia, Cultu Pia,
Ornata mirè, orbis Nitor.

Sacer Ordo Patrum Praedicatorum.

LXIX.

Perrara, ac Perita Doctorum Domus.

Familia Seruorum Beatae Virginis.

LXX. Mutatur I in N.

Tu in orbe vigens, Mariae famularis.

Sancta Societas Ieſu.

LXXI. Itemq. Iamb. Dimetr.

Sat Scita es, ò es Vnica.
Scis omnia, doces omnia,
Omnes & artes innouas,
Scientias cunctas alis.
Prorſus nihil mirabile eſt.
Ieſu es Societas, qui Patris
Summi Dei eſt Sapientia.

Sancta Religio Patrum Teatinorum.

LXXII.

Iſta Nota viget, Prima ornat Clerum.

NOta *Dei cultu* Iſta viget *virtute Decora.*
Relligionis apex, Pontificumque Parens.
Prima ornat Clerum, *doctrina Haec Inclyta praeſtat,*
Nobilitate praeeſt, & Pietate praeit.

SACRA

SACRA LOCA.

De Templo D. Mariae ad Niues Romæ.

Maria ad Niues.

LXXIII.

Diua ſanè Mira.

I*N loca, vbi Templum Tibi ſurgeret, alba cadit Nix,*
Aeſtifer ore Canis, dum furit ore Leo.
Diua *es* ſanè Mira; *magis mirabile at illud,*
Integram Matrem Te genuiſſe Deum.

Digitized by Google

Imago Sanctae Mariae Maioris.

LXXIV. Mutatur I in C.

O Regina Amica Romae, ſat micas.

Sancta Mater Dei de Laureto.

LXXV. Demitur D.

Es Domina terrae, ac Tutela.

De Templo D. Mariae Conſtantinopolit. Neapoli erecto, Ciuitatis à Contagio praeſeruandae gratia.

Beata Virgo Mater è Constantinopoli.

LXXVI. Itẽq. Iamb. Ariſtophan.

Ab atro eris contagio tuens Neapolim.

Ibidem

Digitized by Google

Ibidem Populus Neapolitanus Eandem precabatur, vt Veſuuij ignem extingueret, ac terraemotum ſedaret.

Beata Virgo Maria Mater Ieſu
De Conſtantinopoli.

LXXVII. Demitur T.

O Ignis, abi procul è Monte;
O Terra, maneas: Diua ait.

Sancta Maria Virgo de Monte Carmelo.

LXXVIII. Additur V.

Omni loco Terrae Diua regnat, ac Summa.

Mater Maria de Ara Coeli.

LXXIX.

Arca Dei, Romae latè Mira.

De Templo, vbi effigies D. Dominici colitur, Quod eſt Suriani in Regno Neapolis.

Beatus Pater Dominicus Suriani.

LXXX.

Tu vaſti orbis Medicina Superna.

Ampla auidi anguſtat Ianuarius ora Veſeui;
Ampliat anguſtum vocis iter Blaſius.
Fert Leonardus opem Vinctis. Dat Lucia lumen
Luminibus: dentes curat Apollonia.
Hic Canibus rabiem; vires, viruſque Colubris
Hic aufert: ſtudijs Ille fauere ſtudet;
Praeſidio fouet Hic Gallos; fauet Ille & Iberis:
Hic iuuat Hetruſcos; Hic dat opem Venetis:
Tu vaſti, *Tu Diue,* Orbis Medicina Superna
Exitium omne fugas, auxilium omne paras.

ACA-

ACADEMIAE.

Animoſorum Academia Cremonenſis.

LXXXI.

Es varia commemorans, nimia docens.

ES varia commemorans, nimia *verè* docens.
Nomen Animoſum animum dat, & vires facit;
Robur animis, magnus vigor & ineſt Tuis.

Collegium Neapolitanum Societatis Ieſu.

LXXXII. Demitur O.

Vti Sol illuces Ingenio, ac ſumma Pietate.

Collegium Romanum Societatis Ieſu.

LXXXIII.

Sum veteri Colle Aonio Scitum magis.

Cruſcae

Cruſcae Academia Florentina;

LXXXIV.

En in Tuſcia fama, decore Clara.

De Academia Fantaſticorum Romana.

Fantasticorum Academia.

LXXXV.

Facundia Romae ſat micat.

De Humoriſtarum Academia Romana.

Humoristarum Academia.

LXXXVI. Mutatur H in T.

Roma eruditâ Muſâ micat.

De

De Academia Incognitorum Veneta.

Incognitorum Academia.

LXXXVII.

Docta, Ingeniorum Amica.

Incognitorum Academia.

LXXXVIII. Additur H.

Micat Vnica Homero Digna.

Innominatorum Academia Parmenſis.

LXXXIX. Itéq. Iambic. Trimet.

Nota, Radians, ac omnium Prima emines
Celeberrimarum nomine Celeberrima.

In-

Inſenſatorum Academia Peruſina.

XC.

Tu vera Sapiens Miranda Camoenis.

TV vera *es* Sapiens,*doctis* Miranda Camoenis;
Communi ſenſu nec tua ſenſa carent.

Intrepidorum Academia Ferrarienſis.

XCI.

Das omnia mira: dura niteris perficere.

I*Ntrepida es. Mirum,orbi ſi das omnia mira,*
Et cuncta dura perficere ſi niteris?

De Academia Intronatorum Senenſi.

Intronatorum Academia.

XCII.

Docta,Mira,Nota Minerua.

No-

Nocturnorum Academia Bononienſis.

XCIII. Mutatur O in A.

Mira adeſt, Vnica, Nomine non Obſcura.

Ocioſorum Academia Neapolitana.

XCIV.

O Aula Aonia, Optima, decore Micans.

Ocioſorum Academia Neapolitana.

XCV. Iteq. Iambic. Trimet.

Operoſa, nimia, ac alta munia doceo.
Et Ocioſa dicor, & fugio ocia.
Quòd ocia fugio, Ocioſa nominor.
Bellum nihil bellum quòd eſt, bellum vocant.

Ocio-

Ocioſorum Academia Neapolitana.

XCVI. Additur H.

Vna à Delio Amata, componis Heroica.

S*Eu vincto pede, ſiue ſoluto* Heroica *ſemper*
Componis. Vna *meritò* Amata à Delio *es.*

Philarmonicorum Academia Veronenſis.

XCVII. Itẽq. Iamb. Trimetr.

Es honore Prima, Canora, nimium es Lucida.

Recuperatorum Academia Patauina.

XCVIII.

Aurea, Acuta, apprimè Docta Minerua.

A*pprimè ſtudijs* Docta, *eloquio* Aurea, Acuta
Ingenio, Solers arte Minerua *micat.*

MALE-

MALEDICI.

Cenſores, Calumniatores, ac Detractores Viri.

XCIX.

Canes acri liuore cunctas Artes ore mordetis.

R*Abidis Canes, qui dentibus momorderunt*
Pilantur, vt morſus pilis reſanentur.
Liuore, *Maledici*, acri *vti* Canes cunctas
Mordetis Artes ore: *rictibus, barba,*
Comiſque, Scriptores nimis laceſſiti
Crudeliter meritò pilare vos debent.

Omnes Viri Detractores,
et Calumniatores Operum.

C.

Lenti, et impuri, vt Cacodaemones
errorum Satores.

Omnes

Omnes Lectores Viri Maledici.

CI.

Dementes, Scioli, liuore Macri.

QVi nunquam parcis genuino rodere dente:
Neſcis, ſi hoc facias, vt videare, ſciens
Sunt Scioli, *ſunt* Dementes, *dicteria in omnes*
Qui dicunt, & qui carpere cuncta volunt.
Macri, & Liuore *apparent qui ſcripta aliena*
Rodunt, cum nunquam ſe ſatiare queant.
Quae mala ſunt, Bonus excuſat: quae ſunt mala, Iniquus
Conatur varijs commaculare modis.
Si bona ſunt quae eduntur, laudabis; mala ſi ſunt:
Dedignare Bonus, Tu lacerare malum.
Si ignoras, Lector, vis doctus & eſſe videri:
Conticeas, nam ſcit multa tacere ſciens.
Si ſapis, & cunctis affectas doctus haberi:
Alterius lauda ſcripta, reprende tua.

Derl.

Deriſores, et Calumniatores Operum.

CII.

Omnes Vecordes, Mali, re ſat Proterui.

Omnes Lectores Detractores,
et Cauillatores Viri.

CIII.

Certè ſatis Scelerati, ac Vermes
Illoto rodunt Ore.

Omnes Viri Calumniatores Librorum.

CIV.

Orbe Moroſi, Varij nullam rem ſciunt.

D Om-

Digitized by Google

Omnis Naſutus, et Inuidus.

CV.

Vti Sus, et Aſinus in Mundo.

Qvi variata legis, caue, ne varieris & ipſe;
Lauda, ſi in ſpecies non cupis ire nouas;
Si carpes, Naſute, in Mundo *ſordidus vt* Sus
Tu fies, et *bebes, Inuide,* vti *eſt* Aſinus.
Sus dignus, Naſute, cloaca eris: Inuide, Aſellus
Dignus eris ſtabulo, dignus eris baculo.

HIE.

HIERONYMI
GENVINI
METAMORPHOSEON
NOMINVM,
Siue
ANAGRAMMATON
LIBER SECVNDVS.

Digitized by Google

SVMMI PONTIFICES.

Leo Decimus, olim Ioannes Medices, Pontifex Maximus.

Anagramma I. Mutatur O in S.

Planè Eximius, Emicans ſui, OmnesDoctos ſummè dilexi.

Pius Quinctus Giſlerius Alexandrinus Pontifex Romanus.

II. Mutatur X in S.

Inſignis, Inſons, atque Supernus ſulſi Lux Praedicatorum.

De Gregorio XIII. Annum Corrigente.

Gregorius Decimustertius Pontifex Maximus.

III.

Fui vt Simon, duxi Gregem, ſatis Tempus correxi.

Sixtus Quinctus Perettus
Ab Ordine Minorum Aſsumptus.

IV. Demitur T.

Summus Dux. Paterque Vrbis,
Sat Sciens, ſontium Punitor.

DVx Summus Vrbis, ſat Sciens, Paterque *erat*,
Punitor *atque* Sontium.
Tremuit, quieuit tota rerum machina,
Regnante Iuſto Hoc Principe.

De Eodem.

Perettus.

V. Mutatur E in V.

Vt Petrus.

Clemens Octauus Aldobrandinus
Pontifex Maximus.

VI.

Fui Dux, et Pax Orbis, ac Sol emicans
Notum Dans lumen.

Paulus Quinctus Burgheſius Pontifex Romanus.

VII. Demitur H.

Tu Purus, Inſons, Foelix, Magnuſque; Caput Vrbis.

De Eodem.

Camillus Burgheſius.

VIII. Mutatur G in N.

Hic Salus, Lumen Vrbis.

De

De Eodem.

Burgheſius.

IX. Mutatur G in R.

Herus Vrbis.

Gregorius Decimusquinctus Ludouiſius
Pontifex Maximus.

X.

Incolumis fuit Grex, quando Ego
Scitus, Puriſſimus eum duxi.

De Eodem.

Alexander Ludouiſius.

XI. Mutatur L in I.

Dux Seruans Ouilia Dei.

Digitized by Google

Vrbanus Octauus Barberinus Pontifex.

XII.

Tu bene Vnus, Pax, ac Fortuna Vrbis, Orbis.

VRbane, Tu bene Vnus Vrbis, ac Orbis
Fortuna, Pax; *Tu pura mella das cunctis;*
Paſcis Parens, ſeruas ab hoſtibus Cuſtos,
Vt prouida, vt ſedula Apis, vber, & fortis.
Vae, vae tibi, Vrbs, ſi tempore hoc careres Hoc.

Vrbanus Octauus Barberinus
Pontifex Maximus.

XIII.

Tu Beatus, Fons boni, Pax Vrbis vnica,
Rex Muſarum.

VRbane, Tu beatus *omnis* Fons boni.
Pax vnica Vrbis, *omnium Princeps, Pater.*
Muſarum *es Altus* Rex, *praees ſceptro, praeis*
Plectro. Pius Moderator es Fideiſacrae,
Mellifluus & Modulator es ſidium metris.
Vrbane Sapientiſſime, Pientiſſime.

Vrbanus

Vrbanus Octauus.

XIV. Demitur V.

Nos ſub Tua Cura.

Vrbanus Octauus Barberinus Pontifex.

XV.

Apibus Ferax, Bonus, Notus in Vrbe curat.

De Eodem.

Maphaeus Barberinus.

XVI. Mutatur A in V.

Habes ſupernum iubar.

Maphaeus Barberinus.

XVII. Additur T.

Mea Vrbs, et Vrbis Phana.

Ma-

Mapheus Barberinus.

XVIII.

Apis Huberans Vrbem.

Maphaeus Barberinus.

XIX. Additur I.

Habes Pia Munera Vrbis.

Maphaeus Barberinus.

XX.

Suprema Vrbis Habena.

Martius eſt Sonipes, & Martia Romula tellus
Dicitur; Vrbs igitur aſſimilatur Equo.
Romanae, Suprema Vrbis *Maphaeus* Habena
Eſt, quae laxa Bonos cogit, & arctaMalos.
Vir Bonus, & Sapiens, & Seruantiſſimus aequi
Seruat Equum, Vrbem aequo dum regit imperio.

Ma-

Maphaeus Barberinus.

XXI. Mutatur E in S.

Vrbanus habes Primas.

SI Primas Vrbanus habes *& in Vrbe, & in Orbe*
Debuerant nomen Prima dediſſe Tibi;
Sed quia Mirandis, quae ſeptem ritè recenſent,
Mirificum Octauum iungeris orbis opus;
Sed quia culminibus ſeptem Octauum adderis Vrbi
Doctrinae Culmen, & pietatis Apex;
Sed quòd in Orbe caput praeit Vrbs, Te Principẽ,
vt Octo:
Nomen conueniens Vrbs Tibi, & Octo facit,

CARDINALES.

Collegium Cardinalium Eminentiſſimorum.

XXII.

Coelo Cleri Luminare magnum nitidiſſimum.

Caeſar Baronius.

XXIII. C Mutatur in D.

Dans iubar Sorae.

Petrus Paulus Creſcentius.

XXIV. Additur S.

Purpuratus Celſus, et Sciens.

De

De Eminentiſſimo Roma, alludens ad eius Roſas, & Lilia Gentilitia.

Iulius Cardinalis Roma.

XXV.

Lilium Viridans, ac Roſa.

Franciſcus Cardinalis Boncompagnus
Archiepiſcopus Neapolitanus.

XXVI.

Hic planè clara pompa Dignus coruſcat
Fons vnus boni, ac pacis Sirenis.

Alphonſus Eminentiſſimus Cardinalis
de la Cueua.

XXVII.

Es valdè Micans,
Vnus das lumina Clero, et Hiſpanijs.

Ad

Ad Cardinalē S.Honufrij Nuncupatum, Vrbani VIII.GermanumFratrem.

Antonius Barberinus Cardinalis Sancti Honufrij Ex Ordine Capuccinorum Aſſumptus.

XXVIII.

Diu maneas,coruſcans Lux,ac nitens Honos Vrbis, Vrbani Octaui Mundi Principis Frater.

Ad Cardinalem Spadam, Alludens ad eius Gentilitios Enſes.

Bernardinus Eminentiſsimus Cardinalis Spada.

XXIX.

Ter Mirandus, Radians, nil niſi pacem das Enſibus.

Federicus Cardinalis Cornelius.

XXX. Demitur I.

Viridans,ac Florens Cleri Decus.

Iulius

Iulius Cardinalis Sacchettus.

XXXI. Demitur L.

Hic Clarus, eſt Sidus Vaticani.

Ioannes Baptiſta Cardinalis Pamphilius.

XXXII. Mutatur A in E.

Hic nimis Bonus; eſt par Palladi Sapientiâ.

Ioannes Franciſcus ex Comitibus Guidijs de Balneo

XXXIII. N Mutatur in A.

O Eximie, ò ſat Bone, facis, iungis Cardinalibus decus

Ad Eminentiſs. Albornottium Hiſpanũ.

Aegidius Carillius Albornottius.

XXXIV.

Tu nitidus Sol, laus, ac gloria Iberi.

Antonius Cardinalis Sanctacrucius.

XXXV. Mutatur S in E.

Doctrinâ nunc es laus Sacri Vaticani.

De Eminentiſſimo Pallotto Piceno.

Eminentiſſimus Ioannes Baptiſta
Cardinalis Pallottus.

XXXVI. Mutatur P in T.

Eſt ſatis Mirandus, ſanè illuminat,
ſat nobilitat Picenos.

Franciſcus Maria Eminentiſſimus
Cardinalis Brancatius.

XXXVII.

Clarificans Muſas, ac dans Sireni micans iubar,
Mirus nitet.

Mar-

Marcus Antonius Franciottus.
XXXVIII. Demitur T.
Inſons; arca, ac ſons virtutum.

De Card. de Sabaudia Sapientũ Fautore.

Mauritius de Sabaudia.
XXXIX. Additur S.
Dat auri ſubſidia Muſae.

DAt Muſae auri ſubſidia. *Hoc tribuĕte, perennis*
Ingenÿ cunctis aurea vena fluit.

Ad Eundem Germaniae Patrocinium Subeuntem.

Mauritius Sabaudia.
XL.
Auſtriam adiuuabis.

Carolus Cardinalis Mediceus.

XLI. Demitur D.

O Decus Arni, Laus Cleri micas.

Franciſcus Eminentiſsimus
Cardinalis Barberinus.

XLII. Mutatur A in I.

Sciens, Mirabilis, Micans,
Nunc fers Vrbi Saturni dies.

Petrus Maria Cardinalis Burgheſius.

XLIII. Iteq. Hexamet. Mutat A in E.

Hic ſanè Muſas Perrarus diligit Vber.

Alexander Cardinalis Caeſarinus.

XLIV. Demitur D.

Rara ſanè Lux radians in Eccleſia.

ANTO-

ANTONIO BARBERINO.

Ante Omnes
Barbito Apollinea Canendo;
Principi Eminentiſſimo:
Equiti
Tùm ſago niueae Crucis;
Tùm Pectoris candore
Candidato:
Heroi
Non togae ſolum rubore,
Sed Pietatis etiam ardore
Purpurato;
Omnigena bonarum artium eruditione
Referto,
Sapientum Fautori,
Proſtratae virtutis Inſtauratori,
Muſarum Praeſidi,
et Praeſidio.

VRBANI
In Vrbe, & in Orbe Primi, in Miraculis
OCTAVI,
Qui in Parnaſſo
Fidium Modulator:
In Vaticano
Fidei Moderator,
Et Sceptro, et Plectro
Sapientiſſimus,
Pientiſsimus praeest:
Germani Fratris
Germano, et Genuino Filio:
Hieronymus Genuinus
Sanctiſſimi Patrui P. O. M.
Summae Pontificiae Dignitatis
Duodeuiceſimo feliciter vertente anno,
Duodeuicies ſequentes inuertens literas,
Duodeuiginti ſcribit Anagrammata,
Itemque Acroſtichidem

ANTONIVS
BARBERINVS.

Emi-

Eminentiſſimus
Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinalis
Antonius Barberinus.

A xlv. Alter Mecoenas nunc iurè nominaris; nam ſat Vber in dies alis, ac beas ſcientias.

N xlvj. Noli, amabò, cernere Mea, niſi amabiliter cernens: adſis, et annuas cunctis Auſis.

T xlvij. Tu Merens ſumma. Lenis ne reiicias Dicata; etſi non bona, nec rara, ac ſine ſalibus.

O xlviij. Ornans, es Melitam; Nitens ſacra Diui Ioannis alba Cruce, et in Vrbe ſanè micas.

N xlix. Nitens es Nomine, necnon celebraris laus, et ſidus Vaticani. Amaris, ac amaberis.

I l. In Mente Tua, in Labijs ſciens Minerua; in Corde bona Aſtraea, Es Clarus, es Micans.

V lj. Vbi es, et vbi non es, Micans es. Micans es in Aula. In terra ſat clares Animi candore.

S lij. Saecla iſta ornas, et venientia clara ornabis, Merens micabis nemini Secundus.

B liij. Bonas literas vnicè Amans, vnicè recreas, Mirabilis ante omnes, ac ſanè Nitidus.

A liv. Amicè, ac liberaliter ſubueniens, ſat Micans non deſinis inſtaurare Camoenas.

R lv Radians, es in intimis Vrbani, es lanae Coccinae, es ſat celſae Vrbis Ornamentum.

B lvj. Bis, ter, ac centies Alacer vincas Neſtorem annis, maneas, Vir Nobilis maneas diu.

E lvij. Es, eris Emicans: anteis, necnon anteibis; carè Amatus, clarè in omnibus laudaris.

R lviij Rara, melica clari Senis Maeonii Tuba; Muſis canoris Enitens es bene Cantandus.

I lix. In orbe cani deberes arte ſcientis Sulmonenſis, ac Mantuani Auena clariſſima.

N lx. Nos à turbulenta, à canina rabie, ac ira Momi Clemens ne ſinas vinci, ſed reſiſtes.

V lxj. Vires Nobis minimae; vena ſcabra, Muſa cantare neſcia, ore ſilens, et nil dictans.

S lxij. Sumens Iſta libenter Incitans animabis ad res maiores, ac verè concinnas.

Vale.

Ad

Digitized by Google

Ad Eundem Sapientum Mecoenatem.

Antonius Eminentiſsimus Barberinus.

LXIII.

Tu Vir in orbe Nitens, nimis Beans Muſas.

Hieronymus Cardinalis Columna.

LXIV. Y Mutatur in O.

Mundi honos, ac Romani Cleri laus.

Digitized by Google

PRAESVLES.

De Nicolao Perotto Sentinate Archiepiſcopo Sipontino.

Nicolaus Perottus Sentinas.

LXV.

Tu Sapiens ſat Notus in Clero.

Ad Pomponium Vetulum Patriae Epiſcopum.

Pomponius Vetulus Ciuitatis Ducalis Praeſul.

LXVI. T. Mutatur in I.

Tu diu viuas, Laus, Culmen, Epiſcopus Patrii Soli.

HO-

HORATIO IVSTINIANO
Liguri Viro Patricio Celeberrimo
Ex nobiliſſimis Inſulae Chij
Dominis edito;
Qui clariſſimis Ortus natalibus
Exuperat morum nobilitate genus:
Cui Mens ſublimis ſupra genus
eminet ipſum,
Qui grandius Nomen ingenio nõ habet,
Nec ſinit ingenium nobilitate premi;
Qui alma Altus in Vrbe
Sacrae Mineruae Madidus artibus,
Sanctorum dogmatum pollet ſtudijs
Peritiſſimus;
Qui inter Spectatos
Magni Philippi Nerij Alumnos Adſcitus,
Religioſa, quae apud Illos praeſtantur,
Munia
Quatuor luſtris illuſtrauit;
In Cuius labris verborum gratia reſidet,
Ex Quo torrens dicendi copia emanat,
In Quo cuncta Peragente nimia
dexteritas ineſt; Quem

Quem VRBANVS,
Qui propterea quòd
Septicolli Praeſidens Vrbi:
Octauum virtutum attollit faſtigium,
Et addit Romae: OCTAVVS dicitur,
Inquiſitionis in haereticam prauitatem
Conſultorem delegit,
Bibliothecae Vaticanae praefecit,
Apoſtolicae Viſitationis,
Alijsq. quàm plurimis Conſultationibus
In grauioribus negotijs,
Ac Sacroſanctae Fidei dirimendis
Controuerſijs adſcripſit.
Et demum è ſeptemMontibus tráſferens,
Lectiſſimũ MótiAltis Præ ſulẽ deſignauit.
Hieronymus Genuinus
Duodecim obſequij ergo ſcribit
Anagrammata.

Hora-

Horatius Iuſtinianus Eccleſiæ Montaltenſis Epiſcopus.

❧ LXVII. ❧

Vnicus Homo ſanè enites ſat Pius, et Sciens Patrij loci Laus.

❧ LXVIII. ❧

Sapiens es, Tu lucens Honos, et Spes Ciuitatis Iani, ac Romuli.

❧ LXIX. ❧

Totus es Omniſcius; in Sophia es velut Arca ſcientijs plena.

❧ LXX. ❧

In hoc ſaeculo peritia penè Solus; ac nimis Iuſtus Antistes.

❧ LXXI. ❧

Vitia punis, nam vitio cares; Hostis ſontes pelles, ac vinces.

❧ LXXII. ❧

Clementia nites, cunctis Sophis opitularis, Eos ſanè iuuas.

Vos

LXXIII.

Vos Piceni, laetamini: Hic Inſons Vir eſt Salus, et Vos paſcet.

LXXIV.

I, ò Vir ſatis Micans, nihil lentus eas, I, paſce oues: Te poſcunt.

LXXV.

Sis Incolumis, Heros, ac Soſpes, vt in Te Scientia planè viuat.

LXXVI.

In Aula emines, es Custos ouilis Christi, pace Tutans inopes.

LXXVII.

Tu ſat Celſus, et Clarus: Mihi inops, inſipiens, et ocioſa vena.

LXXVIII.

Nos Totus Lenis, humanè ſuſpiciens: iustè altiora accipies.

De

De P. Magiſtro Gener. Ord. Praedicatorũ.

Frater Nicolaus Rodulphus Magiſter.
LXXIX. T. Mutatur in C.
Hic Rarus, Sol Praedicatorum fulgens

De P. Magiſtro Generali Ord. Minorum Conuentualium.

Magister Ioannes Baptiſta Berardicellius.
LXXX. Mutatur L in I.
Pater regis, ac beas Minores. Tibi nitida laus.

De P. Corrector. Gener. Ord. S. Franciſci de Paula.

Frater Ioannes Baptiſta Roncha
Placentinus Ordinis Minimorum.
LXXXI. B. Mutatur in V.
En Primus inſtituto Franciſci à Paula
Dans honorem in omni terra.

De

De P. Præpoſito Generali Societatis Ieſu.

Mutius Vitelleſcus Romanus.

LXXXII. Additur A.

Laus, Lumen, Cuſtos Ieſuitarum.

Vincentius Coſtaguta.

LXXXIII. Demitur C.

Tu ſat Acutus ingenio.

Iacobus Franciſcus Aribertus Cremonenſis.

LXXXIV. Demitur C.

Micans es in orbe, coruſcans iubar fers Tuis.

Clemens Merlinus Rotae Auditor.

LXXXV.

Tu es nitor Cleri, das lumen Romae.

Hic-

Hieronymus Veroſpius.

LXXXVI. Mutatur Y. in I. & addit R.

Verè Primus Iuris Honos.

Ioannes Iacobus Pancirolus.

LXXXVII. Mutatur V. in M.

Lauis puniceis ornabo Comas.

Iacobus Columna Vtriuſque Signaturae Referendarius.

LXXXVIII. Additur E.

Veste rubea omninò Clarus fiet, quia verè Dignus, ac Rarus.

QVia Dignus, ac verè *nitet ſatis* Rarus
Columna; igitur in Vrbe Clarus omninò
Bene veſte rubea, *iure & optimo* fiet.
Meritis ſed inferiora cuncta ſunt eius.

Petrus

Petrus Otthobonus
Vtriuſque Signaturae Referendarius.

LXXXIX.

Tu Probus, atque Dignus
Rara virtute fers Venetis honores.

De Franciſco Albergotto Vtriuſque Signaturae Referendario.

Franciſcus Albergottus.

XC. Mutatur C. in E.

Fiet Clarus toga Rubens.

Sic mea praedicit venturi praeſcia de Te
Muſa. Rubens fiet Clarus *vbique* toga.
Veridicum oraclum eſt. Debemus credere. Muſae
Crede meae, meritis ſed mage crede tuis.

De

De Ioſepho Genuino Canonico Neapólitano.

Dominus Ioſephus Genuinus Canonicus.

XCI. Additur V.

Pius, Iucundus, Conſanguineus honos mei.

In Obitu Io.Baptiſtae Schiuelli Canonici Neapolitani Eruditi Viri.

Ioannes Baptista Schiuellus.

XCII.

AhSapiensLucensvt Sol,abijt.

AH Sapiens Lucens vt Sol abijt; *perÿtque*
Virtus,Muſa,artes,Pallas,Apollo, Charis.

F HE-

HEROES.

Ad Ferdinandum III. in Romanorum Regem electum.

Ferdinandus Tertius Erneſtus Auſtriacus.

XCIII.

Tu Fauſtus Reducens in terras Saturni dies.

SAturni *erîs priſcos* Reducens *aureos*
Tu Fauſtus in terras dies.
Fuit vocatus Africanus Scipio,
Quòd Africam deuicerit:
Tu Ferdinandus nuncuparis, ferrea
Terris quòd aufers ſecula.

Digitized by Google

Ad Eundem.

SEptem Roma ſuos, lecto Te Rege Quiritum,
Auratos colles exhilarata videt.
Te Duce, parta quies; Duce Te, gens libera curis:
Effera cuncta ſilent, ferrea & arma cadunt.
Saturni Tu Fauſtus *eris, Fernande,* Reducens
In terras, *Factus Notus vbique,* dies.
Cur igitur, Fernande, à ferro nomina ducis?
Dic ferri, cum ſis Aureus, ecquid habes?
Cum latum Imperium facies à partibus vſtis
Eois, gelidos Fortis aduſque Scythas:
Eripies antiqua Aſiae cum iura Tyranno,
Cum fera tractabis fortiter arma Ferox:
Tunc, ceu Prognatus Mauorte, videbere tantùm
Aureus eſſe minus, Ferreus eſſe magis.

Ludouicus Borbonus Decimustertius
Chriſtianiſsimus.

XCIV.

Doctus, Cautus Heros, moribus Dulcis,
nimis viribus nites.

Ludouicus de Borbon
Decimus tertius Galliae Rex
Chriſtianiſsimus.

XCV.

Hic virtutibus ſatis Decorus,
Regum nobile decus;
Similis Alexandro.

Ludouicus Decimus tertius Chriſtianiſsimus.

XCVI.

Hic Nitidus, Clarus, Diues, Mirus, Iustus, et Comis.

In

In Obitu Philippi II. Hiſpaniarum Regis.

Philippus de Auſtria
Hiſpanorum Catholicus Rex Secundus.

XCVII.

Ah perijt Hic Peritus;
Clarus Honos, Plauſus, Decus, Pax Mundi.

In Obitu Philippi III.

Philippus Auſtria
Hiſpanorum Catholicus Rex Tertius.

XCVIII. Additur A.

Ah Lux, ah mirus nitor huius ſecli,
Raptus à Parcis oppetit.

Philippus Quartus ex Auſtria Catholicus.

XCIX.

Hic Altus, Hic Rarus tuta pax, quies Populis,

In Obitu Caroli de Auſtria Philippi IV. Fratris Germani, Immatura morte Sublati.

Carolus de Austria.

C.

Volucer is ad astra.

VOlucer ad astra is. *Ima deſpicis terrae.*
Volucer ad astra is. Digna Te haud erat tellus.

Carolus Emmanuelius Dux de Sabaudia.

CI.

Mauors valde Audax, Lucidus eminebas.

Ferdi-

Ferdinandus A Medicis Secundus
Dux Etruriae Magnus.

CII.

Armis Defendens Iura,
Rex Mundi Dicendus, ac Augustus.

Ferdinandus A Medicis Secundus.

CIII. Mutatur S. in A.

Sine fine decus adducis ad Arnum.

Ad Odoardum Farneſium è genere
Pauli III. Pont. Max.

Odoardus Farneſius
Dux Parmae, et Placentiae.

CIV.

Famâ perennas;
Verax decus addis Paulo Tertio.

De Horatio Albano Vrbinate
Vrbis Senatore.

Horatius Albanus.
CV. Mutatur H in N.
Nota laus Vrbinas.

De Oſſunenſium Duce
Integerrimo,& celeberrimo Heroe Hiſp.
Qui Anno MDCXVI. Regni Neapolitani
Lectiſſimus Prorex Electus:
Illud prudentia, comitate,& iuſtitia
Quatuor annorum interuallo
Quàm rectiſſimè gubernauit.

Petrus Gironus Oſſunenſium Dux.
CVI. Mutatur S in I.
Genuinus Dominus, Iustus Prorex.

Gaſpar de Guſmano Oliuarenſium Comes.
CVII. Additur H.
Magno, Summo Regi Hiſpano es valde Carus.

De

De Principe Roſſanenſi.

Ioannes Georgius Aldobrandinus.

CVIII. Demitur D.

O ſanè Dignus Regno in orbis aula.

In Obitu Eiuſdem.

Ioannes Georgius Aldobrandinus
Roſsanenſium Princeps.

CIX. Demitur N.

Radians, Ingenuus, Inſons obiens,
Polorum pergis ad arces.

De Principe Sulmonenſi.

Marcus Antonius Burgheſius.

CX. Mutatur A in I.

Magnus, Inuictus Heros Vrbis.

De

De Marco Otthobono Reip. Venetae M. Cancellario, Petri vtriuſq. Sign. Referend. Optimo Parente.

Marcus Otthobonus Venetus.

CXI. Mutatur E in A.

Cautus Heros ob Natum Notus.

Fabricius Genuinus Equitum de Sancto Ioanne Hieroſolymitano.

CXII. Mutatur Y in I.

Is laude, nomineque micabat;
Is vero, ac inſigni Notus honore fuit.

Thomas Genuinus Eques è Sancto Ioanne Hieroſolymitano.

CXIII. Itemq. Iambic. Dimetr.

Conſanguineus Hieronymo,
